5466

Oprawiono w r. 1942.

N. Inv. 5466

Codex manuscriptus
anno 1482 exaratus, continens:

1) Passio dominorum sacerdotum sub marchionis dominio Alberti, Anno 1482. (histor.) fol. 1.
2) Medicamina varia (lingua germanica conscripta) fol. 6.
3) De sacerdotibus (tractatus theologicus) fol. 24.
4) Medicamina varia (lingua germanica et latina conscripta) fol. 25.

(Constat pagg. 50)

Secundum mathiam

Passio duorum sacerdotum sub marchionis dominio alberti secundum
mathiam In illo tempore videlicet anno gratie M lxxxij die mensis
dixit princeps albertus consilibus ac ministris suis Scitis
quia post biduum steura fiet et clerus tradetur ut spolietur Tunc
congregati sunt principes consulatus et seniores populi in atrium
principis marchionis qui dicebatur albertus Et consilium fecerunt ut
clerum dolo tenerent et expoliarent Dicebant autem Non in die
festo Ne forte clerus interdictum teneat et a divinis cessaret et sit
tumultus et murmur magnus fiet in populo Cum autem esset prin
ceps in anspach accessit ad eum procuratrix devota habens
alabastrum pro clero precibus plenum et effudit super caput eius
Videntes autem circumstantes ministri indignati sunt dicentes Ut quid
perditio hec Potuit enim clerus tradi suis vendidum multo et dari
stipendiariis ac clientibus Ait illis princeps Merito molesti
estis huic mulieri malum opus operata est in me Nam sacer
dotes semper habebitis vobiscum et hiis potestis sufficere me autem
non semper habebitis Mittens hec supplicacionem habet contra me qui sepelire
me velit Amen dico vobis Ubicumque predicata fuerit hec exactio
in toto mundo dicetur et hoc fuit in memoria tyrannidis eius Tunc
abiit unus ex sacerdotibus notus principi ad officiales principis
dicens Quid vultis michi dare ut ego vobis clerum tradam
et valorem beneficiorum taxabo ac unicuique imponam steuram At illi
constituerunt ei favorem et graciam principis atque ulteriorem promotionem
Hic gavisus est et spopondit Et exinde querebat oportunitatem
quo steuram in occulto imponeret sine turbis Prima autem
die tabernaculorum accesserunt officiales ad principem dicentes
Ubi vis ut clerus commoretur et edictum tuum publicetur At
princeps dixit Ite ad civitatem culmach et occurret vobis
homo scriba baiolans registrum Sequimini eum in domum in
quam intrat et dicite patrifamilias Ubi est diversorium ut cle
rus commoretur et ipse ostendat vobis cenaculum magnum stratum
et ibi clerum convocate Euntes autem invenerunt sicut dixerat illis
et convocaverunt sacerdotes Cum sero factum esset omnis clerici
convenerunt Ait scriba illis Hec dicit princeps Desiderio
desideravi hanc exactionem vobiscum agere antequam moriar Dico
autem vobis quia ex hoc ultra vos vexabo donec separabor a
regno dei Et accepta litera voce exalta legit dicens Hec man
dat princeps ut dabitis steuram vobis impositam pro perpetua
memoria huius tyrannissimi principis Vos vocatis me magister
princeps ac domine bene dicatis sum etenim Scitis quid fecerim
vobis exemplum dedi aliis ut sicut ipsi faciunt suis Audienti
bus illis dixerunt ad presidentes Aliqui vestrum hec principi
persuadent et nos tradent Hii commoti valde ceperunt singuli
dicere Numquid ego ista procuravi At illi respondentes dixerunt
hii qui a primonio sancti henrici et a diocesi bambergensi in

dyocesi bambergensi in honorem militarem sunt promoti de pulvere
erecti sunt substancia temporali augmentati et spiritualibus et dyocesi bam
bergensi magis sunt infesti qui cottidie nobiscum querelantur
pacifici benignissimi amantissimi in aperto persecutionem sunt in
occulto Clerus quando vadit in tribulacionem sic diffinitum est a
principe de illo Ve autem homini illi per quem clerus vexetur et spo
lietur Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille Et hoc dicto
omnes recesserunt Summus autem sacerdos a sede in consolacionem misit
mandatum breve dictum signatum anulo piscatoris parcante pre
sule continens illa Prohibemus sub pena excommunicacionis late
sententie Nequis laicorum se intromittit clerum spoliaturus Nec
clerus sub pena suspensionis et maledicti se subiciat principi
seculari Et pontifex dixit Aliqui ex vobis scandalum pa
cientur in ista tribulacione Quia scriptum est Percuciam adver
sitatibus pastorem et dispergentur oves gregis Postquam autem
literas habuero apostolicas procedam vos in bamberga Respo
dentes aliqui dixerunt Et si omnes scandalizati fuerint Nos
non scandalizamur Ait illis Amen dico vobis antequam termina
bitur tribulacio ista plures mandatum meum non curabunt
et potestati seculari parebunt et adherebunt Et ait illis Numquid de
protectione pastorali aliquid defuit vobis At illi dixerunt
Nichil Ait illis Sed nunc qui habet sacculum et peram tollat
eam et qui non habet tunicam vendat et emat gladium hoc est defensionem
At illi dixerunt Ecce Jus canonicum et civile quod sunt duo gladii
hic At presul dixit Satis est Ite quilibet ad propria et orate
ne intretis in temptacionem quousque a sede apostolica auxilium
feram At illi tristes recesserunt et oraverunt Pater si possibile
est transeat a nobis tribulacio ista attamen fiat voluntas tua
Ait presul illis Non potuistis una hora tribulacionem mecum
sustinere vigilate et orate Et iterum invenit eos quasi anxietate
et dormientes erant oculi eorum gravati pre magno timore Et ora
verunt tercio eundem sermonem dicentes Abba pater Tristicia implevit
corda mea O domine sancta mea dabuntur in desolacionem Sabbata
et festivitates mee luctus sunt in decursum Heu domine suscitasti
leviathan super nos propter facinora nostra Tibi soli pecca
vimus Tu solus dominus Tu solus altissimus Ihesu Christe miserere
mei Non secundum peccata mea facias nobis neque secundum iniqui
tates meas retribuas nobis Adiuva nos deus salutaris
noster et propter gloriam nominis tui libera nos Nequando dicant Ubi
est deus eorum qui eos liberet de manu principis Ergo propici
ius esto peccatis meis propter nomen sanctum tuum Ergo erue a
framea deus corpora et animas meas et de manu canis rabidi
substancias meas De ore leonis libera nos domine et a cornibus
unicornium officialium principis protege nos Eripe nos ab in
imicis meis et ab insurgentibus contra nos libera nos domine
Sicut liberasti archam noe ne submergeretur a diluvio ita

libera dne ecciaz tua ab inundacoe tribulacoum cu suis ministris
Nam liberasti abraham de vr caldeoz Job de spolijs & vlcerib9
Joseph de vendicoe fratz Jacob de impugnacoe Esau fris sui
Susannam de falsis iudicib9 Dauid a rege Saul sibi infesto
& de ore leonis sibi obuiati Ita libera nos de ptate & de
principib9 & suis falsis consiliarijs Memento q nunq dereliqsti
querentes te dne Eya deus tua e potencia tuu e regnu
dne erige brachiu tuu extende potencia tua sup inimicos
meos qui cogitant seruis tuis mala & gloriantur in diuicijs
& potencia Allide fortitudinem eoz prosterne eos in virtute
tua vt sciat quia no est deus pter te Disperde eos ptector
noster quia no est qui possit resistere tue voluntati Effac dne qd
petimus ffac in diebus meis quia no est alius qui pugnat
pro nobis nisi tu deus noster. Princeps aut ipsi & ome [illegible]
querebant occasionem contra clerum vt eu exactioni traderent Et
non inuenerunt vllam causam contra eu At princeps surrexit et
dixit Habeo mittere plures stipendiarios contra Turcum magnu
in quo clerus cu certa summa pecunie debet me subuenire
At illi dixerunt Taxacio facta a principib9 i Nuremberga e
iam omnio abolita sopita & pacificata At ille dixit Ex man
dato imperatoris habeo mittere magnam summam cu stipendiarijs
ad expugnandu regem vngarie in quib9 clerum oportz subue
nire At illi dixerunt Non licet nobis auxiliu consiliu seu fauorem
prebere ad expedicionem & effusionem sanguinis Siquis in clerum
egerit homo sanguinis est At illi querebant falsu testimoniu
contra clerum & non inuenerunt Nouissime venerunt falsi testes
qui dixerunt Nos audiuimus & scimus q bona tpalia cuncta translata
a nobis sunt in clerum nam habundant in redditib9 magis q
nos & in cunctis principes habent meliora bona Et si dimittimus
eos sic veniet romanus pontifex & tollet nrm locu & gentem &
sic p successum tpis cuncta bona nra obtinebunt & nos mendi
cabimus Alij moti de secta Wicleffitarum & Hussitarum dixerunt Jam
clerici viuunt nimis preciose In vestitu cibarijs & potencia Et sic
eoz diuicie faciunt clericos superbos & ambiciosos Igitur necce est
ut pinguiora beneficia ab eis tollamus Pro tenui victu & amictu
parua aliqua eis relinquamus Alij dixerunt Audiuimus comminantes
& dicentes Siquis manum in bona cleri imposuerit cu censuris
ecclasticis & legalibus eu requiremus Alij dixerunt De anno
octogenario pphetauit Sibilla pphetissa [illegible] dicens clerum
spe isto tpe esse spoliandum & depredandum Quod ergo implebuntur
scripture pphetarum Tunc exurgens princeps ait Nos respondetis
ad ista que isti aduersus vos testificantur At illi dixerunt Nos ha
bemus legem a diuinis imperatorib9 nobis datam p Constantinu
primu Justinianu primu p ottonem primu scdm & tertiu per
fridericu primu p henricum primu p conradu primu & scdm
per karolum quartum qui fauorabilem legem dedit p psonis

ecclesiis et rebus illarum que lex dicitur Karolina ut clerus liber
sit ab omni exactione aggravatione manuumque impositione secularis
brachii Per pontifices summos sunt liberi exempti et privilegi
ati ab omni perturbatione principis secularis verumtamen si seculis
stetentis In censuras legales ac ecclesiasticas suas excommunicationis
et interdicti incidere potentis Tunc princeps summa indignatione
surrexit et astantibus dixit Blasphemavit Quid adhuc egemus
testibus Clerus nobis et meis minas de sententiis excommuni
cationis imponit Ecce nunc audistis blasphemiam quid vobis
videtur At illi dixerunt Reus est spoliationis et expulsionis
Et omnes stridentibus dentibus fremuerunt in clerum Sedente
itaque principe pro tribunali fulminando sententiam expulsionis venit
ad eum uxor eius videlicet principissa cum filio suo principi iuniori vo
lens liberare clerum de manibus eius Sciens quod propter anathema
tradidisset clerum dixit principi Nichil tibi et clero multa
passa sum in conscientia propter factum istud Nam divulgabitur apud
cunctos reges et principes et derogatio et denigratio honoris
fiet titulo marchionatus Ecclesia et dicat plebs Hic princeps
in senio vult hereticari et opponere se romane ecclesie Hec
verbis non poterat mitigare furorem principis Videntes quod
nichil proficerent accepta aqua lavabat manus in signum in
nocentie Mane autem facto consilium inierunt omnes consiliarii
principis et seniores eius adversus clerum ut eum spoliationi
traderent Vocati sunt autem tres predones cum tutore iudicii
provincialis et clerus traditus est potestati eorum Ac preses
dedit eis signum dicens In quacumque civitatem vel villam
veneritis ad domos clericorum vi intrate equos vaccas
meliora eorum bona cum potentia rapite et adducite ea caute
Missi sunt hii latrones quatuor ad spoliandum colonum ecclesie
parrochialis Culmach equos vaccas rapuerunt et in Culmach
deduxerunt Hic pauper sequebatur a longe sparsis crinibus
fluentibus lacrimis et hic apud officiales multiplicavit
preces ut reciperet sua Super villam unam invenit hii quatuor
milites ante domum sacerdotis hospitalis rapido animo
ipso presente steterunt Ne occasionem daret rapine noluit aperire
Sed ipsi januam confringebant vestemque eius hyemalem rapuerunt
Tandem in villam Drosenfelt venerunt equos vaccas cetera
bona curato ibidem deduxerunt Altera die hii latrones
missi sunt in inferiorem Steynach in domum curati Videntes habebat
antiquam clavigeram a dextris sedentem que dixit eis Ple
banum religiosum queritis recessit non est hic At ipsi violenter
intraverunt januas cistas fregerunt vestem candidam cum
ceteris bonis deportaverunt Miserunt ergo duo de militibus
ad expoliandum colonum Bursley Culmach Hic cum viderat
quid futurum esset exemit gladium volens defendere et per

rogare bona sua At illi dixerunt Mitte gladium in vaginam
qui pugnat gladio gladio peribit An non possum rogare
dominum capitaneum et ipse exhibebit nobis legiones equitum
et pedestrium et illi pugnabunt pro nobis quomodo ergo implebuntur
scripture marchionis quia sic oportet fieri Cum autem audisset
dicta alii tum exercitu rusticorum venerunt quod cum comperit
ille avolsus est ab oculis eorum et profugus vadit in terra ex
eo quod se latronibus opposuit nec apud militem et stibarium
aliquam graciam invenire potuit Ex vehementia serenissima
in villam Harsdorff raptores venerunt Curatum ibidem obvium
habuerunt At illi dixerunt Taxam solute nisi id feceritis
domum vestram spoliemus Tunc ille ait Aurum et argentum non
est mihi quod autem habeo vobis non offero At illi lastini
tenuerunt vestimentum eius tunicam nomine compatam Et ille
relicta tunica nudus profugit ab eis Exploraverunt latrones
domum cuiusdam sacerdotis inopis in Steinbach Nichil invenerunt
vacui recesserunt Viso eo dixerunt ei Vocat te miles et sti-
ba ut reddas racionem villicacionis tue At ille comparuit
posuit racionem proventuum beneficii sui Confirmato beneficio quod est
tempus mutacionis singulis mensibus stat in libero arbitrio
meo et rusticorum Redditus feodales non sunt michi quod autem
habeo vobis propono a villanis agri sunt mihi deputati ad
seminandum laborandumque illos Et medium colligo de fruc-
tibus agrorum decimas principi tribuo Et sic mediam porri-
git manum mendico annualem victum more religiosorum men-
dicantium hostiatim quero Oblaciones remedia aucte plebani
in Manlesthorgast in capella Steinbach habeo At illi
indignati tenuerunt et suffocaverunt eum dicentes Redde quod
debes alioquin vendemus te uxorem filios filias ac cuncta
bona tua quousque solveris minimum quadrantem Cui dixit
eis Parcite habete in me quousque uberior fortuna accrescit
michi et tunc cuncta reddam vobis Cui dixerunt ei Vobis
es nos pro talibus verbis Nisi solveris mittemus te in carcerem
Assiserunt itaque milites sacerdotis illius dixit ille Sincerum
solvam pro vobis ut et mox tricenarium michi legatis At
ille gravissus e recessit ab eis Princeps terre misit edic-
tum suum officialibus capitaneis Hoff Beyreut ut se in
suis disponerent et clerum in terminis assignatis exspoli-
arent At illi dixerunt Non licet nobis nomine nobilitatis
et progenitorum meorum de Waldenfelß et Lauterstheim nephario
facto isto desedare neque puellam meam ope inaudito
prophanare Nam a progenitoribus meis tam stelis nunquam auditum
fuit ut se opposuissent romane ecclesie et primatum resti-
tissent fidei katholice antequam illud agerem potius ab officiis
et vocacionibus amoverent ego cum omnibus nobilibus

ornat nomen parentele. Hic merito maximis fert uni
cornu candidum sine macula qui valet resistit veneno. Ideo
quod digni sunt nomine militares et torneamentales. Quod cum
vidisset clerus in locis spoliatis interdictum tenuerunt
et a divinis cessaverunt. De quo laici omnes indignati sunt
dicentes: Vae clero qui deserit templum dei prohibens
ingressum vivorum et sepulturam mortuorum. Potiores vero
turmatim odio concitati contra clerum conspiravit lincee
tacti in contemptum defunctum in loculo ante portam curatoris
que ducit ad templum nocte locaverunt. Et familia cum po
tatus in crepusculo noctis rem esset magnam ignorans
portam exivit casu irruit per feretrum cadens cadavere
projecto in terram. Hic mira indignatione clamavit dicens
Dyabolus mortuus est tantum sibi locavit ante portam
aut alia fantasma se supposuit. Et surgens accepit
fugam de cimiterio. Tunc cives ex iussu presidentium
alia corpora defunctorum illac posuerunt ut clerus pre fetore
de exitu et introitu impediretur. Matrona quedam ex inti
mis visceribus misericordie mota fossam in cimiterio pro
curavit et defuncta corpora ibi sine opinato collocavit. Cum
factum omnibus innotuit ex quo plures provocati sunt ad
risum, pauciores vero ad fletum. Deinde dixit clerus ad
presidentes et eos qui venerant sacerdotes spoliaturos: Tamquam
ad latrones et malefactores vos persecutores mei existis
cum gladiis et fustibus comprehendere nos et bona nostra.
Cum cottidie vobiscum eramus in templo et nos non tenuistis
sed hec est hora vestra et potestas tenebrarum. Comprehendentes
autem bona clericorum sibi duxerunt in domum granatoris.
Plures de familia sequebantur a longe si possibile esset
redimere bona sua. Accenso igne in atrio consedentibus
illis sacerdos liber sine custodia erat in medio eorum. Cum
vidisset eum quedam de ministris ait illi: Et tu de secta
clericorum es. Nam vidi te conversantem cum eis. Solve
tributum principi. At ille negavit dicens: O homo non
sum neque curiam habeo neque aliquid occupo. Adhuc
illo loquente latrones consedentibus iubilantes canta
verunt et cum hijs qui bona clericorum tenuit illudebant
sacerdotibus impudenterque ceciderunt dicentes: Vos sacer
dotes ut creditis estis sapientes prophetisate nobis quis
vos spoliavit. Et alia multa blasphemia dicebat in
clerum. De bonis cleri die noctuque laute vivebat com
medentes bibentes chorisantes et ludentes. Et ut factus
est dies convenerunt principis seniores officiales que ipsi
et adduxerunt clericos in concilium dicentes: Si vos adhuc
voltis redimere bona vestra et principi dare taxatam

permitte donec vos non tollamus relicta bona vestra At illi
dixerunt diximus vobis illud prohibitum nobis esse a
summo pontifice et a domino meo dyocesano sub maximis
penis Et si ultra dixerimus vobis non creditis Si autem
interrogaverimus non respondebitis Ex hoc videbitis
filium hominis venientem in nubibus celi cum potestate magna
ubi coram iudice tremendo stabitis racionem reddentes
et ibi vindicabit cuncta mala in vobis At illi dixerunt
Quid adhuc tardatis cuncta relicta tollamus cum in hiis
dilacionem solucionis satis longam habetis Iterum autem hii
latrones exierunt ut colonos censuales sacerdotum
spoliarent Apprehenderunt autem quosdam simplices villa
nos invitos ut cum eis spolia intenderent angariaverunt
Venerunt ergo in villam Langstat ibidem laicus faber bonus
et iustus animo simplici dixit Miror quatuor prones
aggregatos quid operis habent At illi indignati hunc
pauperem captivum in Culmach duxerunt Tunc capitaneus
miles pauperem verbis acerrimis invasit cur famu
los villissimo nomine preconis infamasset coram aliis
militari honore non decorasset At pauper ait ego cum
predecessoribus hoc nomine vocitabant de subita mutacione
preconum in milites per exercitum militare autem in[ter] nos con
stabat At miles misit illum in carcerem quousque pro pena
solveret x aureos Tunc surgens omnis multitudo et
maiores de Culmach et accusabat clerum in multis di
centes hunc invenimus subvertentem consuetudinem nostram
prohibendo sepulturam mortuorum opponentem se solve
do stewram principi commovit ipsum a curia Romana
usque huc ponendo interdictum cessando a divinis Cum
audisset princeps hos sermones clericos esse de potestate
capitanei sui in montanis convocatis consulibus et plebe
dixit ad illos Obtulistis mihi clerum avertentem ipsum
posuisse interdictum et esse rebellem Multa maiora mala
invenio in eo quam in quibus eum accusastis Commisi vos
spoliandum adhuc non satis actum est cum clero Ex duobus
unum eligite Exactionabo vos aut clerum Exclamat
autem universa turba dicens Non nos sed clericos
postulantes autem ut ulterius clerus spoliaretur Et
invalescebant voces eorum Quod audiens principissa
tercio nitebatur liberare clerum de manu principis Quo
comperto princeps remisit clerum cum scripcionibus ad capi
taneum et officiales in montanis Convocato clero altera
die post Galli Sueva huius principis coram cunctis

[illegible] de primacia cleri qui hucusque non solum tri
butum ex quo minime strenue prout quisque actu et cum eis
agendo ulterius tollere totamque substanciam relictamque pre
cipio cunctis sacerdotibus sub pena priuacionis et expul
sionis in principatu meo ut celebrent diuina non obstan
tibus mandatis apostolici et episcopi Et si edictum meum contempserit
primam sufferens vndique a primacia expelli debent Nam
quatuordecim principes aliquos eciam episcopos et principatus
Bambergensem habemus inimicos nobis diffidentes et
adhuc salui steterimus eme pauete habemus de ipsa episcopi
qui a professoribus tenui ... et capiti eorum ipso resistere
possumus At illi indutias petentes quousque adirent
pontificem At miles inquit Neque diem neque horam aut
momentum promitto vobis Ausi sunt duo ex sacerdotibus
consulendo presulem Cui ait illis filioli mei non possum
remitti facere mandatum summi pontificis sed sustinete et
vigilate ex consilio cuncta agam Stabat autem in gradio
precones et minia clericorum constanter accusabat eos miles
autem qui illis diebus erat in Plassenburg cum exercitu
suo precepit illos sedibus suam diffinitiuam contra eos
clericos esse spoliandos et expellendos Et facti sunt tam
ci tyranni cum tyrannis et exeuntes in villas ad spoli
andum clericos peruenerunt quosdam villanos simplices
quos apprehenderunt inuitos ut cum eis spoliis interesse
rent angariauerunt Videns autem turba simplex virorum
et mulierum plangebat et lamentabatur Ait clerus ad
illos filie Culmach nolite flere super nos sed super vos
et super filios vestros flete Quia veniet dies in te et Ceda
bunt te angustie vndique Nam olim romana ecclesia
sustentabatur quatuor columnis electoribus imperii ad qua
tuor plagas mundi Columna orientalis rex Bohemie
cecidit de obediencia summi pontificis Structura suste
tata per columnam dictam passa est ruinam magnam ex hoc
casu pluribus annis effusio sanguinis aliaque mala infini
ta sequebantur ideoque fides katholica fere totaliter
in Bohemia periit Columna meridionalis Bamburgensis
pluribus annis minabatur ruinam iam cecidit de obedi
encia Structura sustentata totaliter est diruta Hic
quondam ductus elector et prepositus camere imperatoris
ecclesiam debeat defendere prout primus est qui incipit
[illegible] eciam dilaniare Iam non ecclesie protector
sed viduarum orphanorum clericorum pauperumque oppressor
ex hoc multa mala sequuntur Veniet dies et directio

Ve sterilibus que non genuerunt ne videant liberos su
os sequi sectam dampnatam hereticamque pravitatem Si in
arido antiquo sene et ymagine mortis hec fiat in viri
do ac iuvenibus filiis quid fiet Vide eciam ecclesia catholica
adhuc duabus columpnis tenuiter sustentatur que supposuit
aquilonaris dux saxonie occidentalis palentinus comes
In fundamento tam debili edificium ecclesie a ventis tribu
lacionum promne agitatur quasi minando nobis ruinam
futuram Tunc predones spoliaverunt clerum hic et hic
de uno civitato rincali currentes ad alterum et postquam spo
liaverunt clerum dederunt eis in eorum tribulacionibus vinum
mirratum cum felle mixto ad potandum et cum gustasset
dixerunt amaritudine replevit nos dominus et postquam spo
liaverunt cleros predones unacum ministris diviserunt ves
timenta clericorum et super utensilia domus sortem miserunt
Tunc unus ex sacerdotibus volens placere officialibus
ex indignacione blasphemavit alios dicens Vos
curati male egistis mandatum pontificis minime
formidastis Interdictum posuistis sepulturam prohibuistis
et mandato principis contraistis Ecce de beneficiis et
nostris habitacionibus expellimur et alii in vestris bo
nis vi et potestate intruduntur videte si episcopus salvabit
Scrip et nos Respondentes alii increpabant eum dicentes
neque tu times deum neque homines Nam in eadem dam
nacione es Nos quidem iuste facta recipimus hic vero
presul noster nil mali gessit Et dicebat ad pontificem
Domine memento mei dum fueris in sede pontificatus
tui Et ait illis Amen dico vobis hodie et semper memor
vestri ero Videntes autem cleri spoliatores eorum oraverunt
dicentes pater dimitte illis quia ignorant quid faciunt
Stabat autem omnis populus expectans finem Et erat su
perscriptio scripta in vulgari Clerus sub dominio mar
chionis erat contrarius principi electori romani im
perii ideo spoliatur et expellitur Erat autem quasi in etate
mundi septima tenebre ignorancie facte sunt in universa
terra marchionis Radius solis vere fidei obscuratus est
et velum devocionis in hominibus scissum est medium
Exclamans clerus voce magna dixit pater in manus
tuas commendemus res corporis et animas meas Hec dicentes
expulsi fuerunt et omnis turba eorum qui simul aderant
ad spectaculum istud et viderunt que fiebant percucientes
pectora sua revertebantur Stabant autem exyriati et noti
clericorum in aliis terris quam marchionis videntes acta

et signa que fiebat clamabat voce centurionis dicentes
Vere filius dyaboli et precessor antichristi erat princeps
iste Et interpretabantur figuras scripturarum de illo dicen-
tes Hic est alter pharao qui persequebatur populum dei cum
exercitu suo submersus est in profundum maris rubri Hic
est alter sennacherib qui blasphemavit deum israel eius
exercitus ab angelo in octuaginta quinque millibus fuit interemp-
tus ipse postquam a proprio filio fuit interfectus Hic est alter Eglon
pinguissimus qui tributum imposuit populo dei a baoth pugi-
one fuit transfixus Hic est alter sacrilegus anthiochus
tanta infirmitate percussus ut viscera eius fluerent et
vermes de ventre eius scaturirent Hic est alter Nero
qui columnas fortissimas ecclesie martirio coronavit
Hic in tantam vesaniam labitur ut semetipsum propria manu
occideret Hic est alter dyocletianus obscurissime natus
sevissimus persecutor ecclesie a dyabolo arreptus et suffoca-
tus Hic est alter iulianus apostata qui a sancta matre
mercurio ictu gladii fuit interemptus Hic est alter
leo tercius qui ymagines sanctorum igni tradidit clerum vex-
avit quare bellis pestilenciis ac aliis infortuniis puni-
tus fuit Hic est alter leo quartus cupiditate victus
coronam capitis ecclesie abstulit et capiti suo imposuit
Statimque febre corripitur et spiritum exalavit Hic est alter
heinricus tercius homo multum inquietus Hic asserit
etiam tandem miserabili morte vitam finivit et in car-
cere a proprio filio detentus erat Hic est alter fredericus
secundus qui incepit etiam laniare (?) eo exigentibus in contumacia
morte preventus sine sacramentis a proprio filio suffocatur
Sicut etiam de executoribus mandatorum suorum exempla po-
nimus quibus eos assimilabimus Amman enim qui edictum
anulo regis signatum ad provincias misit ac persuasit ut
populus dei interficeretur et bona eorum prescriberentur Hic
suspensus est in ligno quod paraverat mardocheo Item
bagozo prefectus regis ochi alias artharxersis qui
imposuit tributum misteriis templi et superbe intravit in
templum spoliando illud Item quos Ioas (?) pestibus aliisque infirmi-
tatibus percussus pessime interiit Item holofernes prin-
ceps milicie regis nabuchodonosor volens suo duci
cuncta regna subicere Iudith castissima mulier ipsum proprio
gladio iugulavit Item in hiis aliisque locis infinita ex-
empla de persecutoribus ecclesie qui miserabiliter perierunt
inveniuntur Et hec etiam hunc ipsum inesse persuasit quia
deus unicuique secundum sua merita premium tribuit

Altera aut die que est post pascen convenerunt officiales ac maiores principis ad principem dicentes domine recordati sumus quia seductores illi clerici adhuc residentes dixerunt post aliquos dies ad invicem reversuros iube ergo illud prevenire ne clerus iterum ducere nobis et erit novissimus error peior priore ait illis princeps habete custodiam et vigilate diligenter sic scitis Illi aut abeuntes munierunt domos sacerdotum signantes ianuas cum custodibus Et cum sero factum esset et ecce vir nomine methodius pontifex antenicus doctor ecclesie qui pro fide martiratus carceribus angelo sibi revelante librum conscripsit de cunctis afflictionibus ecclesie dic loquitur In novissimo autem septimo milenario seculi incipiet exire semen ismaelis de terra deserta et erit adventus eorum castigacio sine misericordia et tradet deus in manus eorum cuncta regna gentium propter peccata que operata sunt contra precepta dei Et post pauca ait Iugum eorum iugum grave super omnes gentes et ex lapidibus preciosis et ornamentis ecclesiarum adornabunt se et uxores suas et destruunt misteria dei Et erunt sacerdotes sicut populus Et erit tribulacio magna et vocabitur via eorum via angustie et gradientur sic in captivitate iuvenes et senes divites et paupe res cum gemitu et afflictione dicentes Ubi sunt illi qui nos de hac vita presserunt / Hec facta sunt in ecclesia orientali eo quod recesserunt de obediencia summi pontificis persecucio hec tunc eorum ad plura regna transivit Venit aut et vincencius ferreus innumerosque collectis ex dictis doctorum sic consistens in tractatulo suo de fine mundi de secunda persecucione ecclesie per bella intestina et vexacione cleri per principes domesticos qui antea erant protectores ecclesie Iam vero devastatores aliquo tempore durando atque ecclesia latinorum victrix erit Post multo vero tempore erit in pace serenissima Quam prestante domino deus ab eterno sponse sue previderat hac tribuat nobis temporibus nostris Amen

Amidum vel amilum i. krafftmele salm also machen

Nym weitz als vil du wilt und thu den yn ein frisch kald wasser und lass yn dorynne ligen v tag und nacht und zuer yn am tag gar dick und alle tag ein frisch wasser dor an gegossen Nach dem funfften tag sol man das wasser reyn ab seyen Also das man den weitz mit undereynander rure das legen klein mitgang und das aller letzte wasser das dor ab geet saltu thun yn ein reynglich gefesse den weitz saltu stossen und durch ein tuch stracken gleich eynem pfeffer und ve des wassers ein wenig dorunder mischen das es dester bas durchgee dyses durchgestrichen saltu stellen yn dy sone und das truckin lassen werden und alle mael das wasser abschutten So hastu dan krafft melle das ist genant amidum et fit de tritico et fit molle ab a i. sine et mildo molle etc.

Contra pestilenciam

Agrimonia fermentatur cum spe
oderminge genn gestossen vnd
also getruncken vordreibet dye
geschwulst pestilencz vnd messeren
vnd alle geswellen ynnerlich
ex dyascor
Aqua acetose i. sawrampffer
mixta cum tyriaca et bibita va
let contra pestilenciam
Succus radicis et foliorum aaron
tritus et bibitus vel ad idem valet
dicit platearius Siquis autem esset in
fectus per pestem quod loqui non posset
accipiet folia aaron cum radice
eius et conterat eam in pecia ut colare
et deglutire posset admiscendo de
sale modicum et coquendo radicem
in melle ut eo dulcius comedat
melius habebit
Item Nym der wurczel Brionia
i. stickwurcz ader rahelwurcz
eyn quintin brannonica als
swer als ein gestenkrom wiget
vnd mische dye mit scheliwurcz
safft vnd trincke das anderst
halbs quintin es vortreibet
dy pestilencz vnd macht den
menschen ser switczen vnd
das sal geschen ee der mensch
schlafft vnd sal auch vorhyn
ein adern sprengen an dem
ende do sich dy pestilencz erha
ben hat vnd noch dem switczen
sal er den leip ynnwendig rey
nigen also Nym dyasene
nis dray quintin Electuarium
de succo rosarum vnd dyntbit
plicis i quintin vnd mische
das vnttenander mit ein we
nig Sawrampffer wasser ader
angelonice mit eyner vnge
salczen arbeisbrue vnd dorauff
fasten dray ader iiij stund das be
nymet alle vnsaubrigkait dye
der getrank gesamelt hat yn
dem leibe ¶ Vnd mercke
eben das kain ercznei gehel
ffen mag zu der pestilencz es
sey den sach das er den leibe
reynige noch eyner pestilenczi
schen
Item Avicenna de bolo armeno i.
rodelstein sic ait Nym iiij mass
lauterschwens der do sey subtil
vnd nicht zu starck vnd thu
dorczu ein vnz boli armeni
das ist ij lot vnd mische das
vnd rosen wasser eyn halbe
eyttelmass vnd trincke das mor
gen vnd des abents er benympt
dy pestilencz
Item Serapio dicit qui biberit de
bolo armeno i. rodtelstein cum
aqua acetose i. Sawrampffer tempore
pestilencie tutus est a peste serpentaria
Item platearius radix ~~serpentaria~~ vel
colubrine i. natterwurcz pulverizata
et bibita in aqua endivien valet
contra pestem

Item Avicenna confirmat factum de citro i.
de arbore sic dicto expellit aerem
infectum pestilencie
Item dyascor/ effectus i. feygen gesotten
mit ysop vnd des morgens nuch
tern genutzt valet contra pestem
Item platearius/ Juniperi lignum spis
sum et fumus ex eo factus valet ad
depellendum aerem infectum pestilencialem
Et de illo Rono sic narrat ypocras
quod tempore suo erat tam magna pestis
quod vix sunt qui evaserit quin omnes
alii peste erant interempti vnus tamen erat
erat in quadam civitate nomine harabet
et precepit omnes arbores Juniperi ab
scindere et sic ipsos circumvallare civi
tatem illam et in omnibus plateis
arbores illas incendere et fumus fieri
eodem cum cives illius civitatis fecis
sent interim quod vigebat pestis nullus
eius in hac civitate in tempore moriebatur
Sed in aliis civitatibus circumiacentibus
moriebantur propter quod per infirmitatem
Item Nux esculata i. welschnuss
cum Juniperis et ruta confectum cum
i lotto et misce illa cum aceto bono
et comede de mane antequam egrediaris
domum tunc illo die securus eris a
peste ex Galieno
Item idem galienus in simplicium forma
cum dicit Nux comesta in melle cum
ficis expellit venenum
Item pympinella i. bibenell radix
pympinelle bolita in vino et bibita
expellit sanguinem in hore infectum
a corde a quo sepe venit pestis
Item dyascor/ Sulphure vivum i. lebe
tiger schwebel gepulvert treibt
auss vergifft yn eyme lebtag ge
nomen vnd besunder wider dy pes
tilencz do mit vil geholffen ist wor
den vnd wen man das genutzt
so saltu dich laxieren ym leibe
mit dysem laxativen dyasene
sanis dyacharthami electuarium
de succo rosarum vnd dar noch hute
dich vor frömen vlaisch mulich
vnd wann als lang dy nature vor
merket das sich solche vergifft
vorzogen habe
Item tormentilla pulverizata et cum aqua
acetose potata vel contra pestem
Item dyascor/ Terra sigillata in vino
potata resistit pestilencie et omni ve
neno ante potata et facit venenum
bibitum aut ingestum evomere sine
lesione
Item Cedwaria i. zytwan suspensum con
tra venenum Item zitwan auff ein
halbs quintin in dem mund gehal
ten wen eyner yn dy lufft gest yn
der pestilencz ader zu den krancken
ist den menschen behutten von der
vorgifftigen lufft der pestilencz
Item blumen von rosmarein mach
ten gessen mit honigsam vnd
mit rosenkrote der ist sich von
der pestilencz vnd allen andern
dingen vnd andere zufallender
kranckheit
Optimum preservativum tempore pestis
Item j lot rauten bleter j lot feygen
ij lot walthalder walschnuss
ij lot essig iiij lot vnd mische
das durcheynander vnd nutze das
des morgens ee du yn dy lufft
gest ist sed fast gut

Item Nym Ruß
Reussen saffte
j lot wildes salbey
safft j lot Rauten
safft dray quintin
ysopsafft iij lot
vnd hanffkraut
safft iiij lot dysse
mische vndtenander
vnd Nym do von
ein halb lot vnd
mische das mit
mumia j quintin
zucker candit
j lot rosen zucker
j quintin vnd der
auss gemacht eyn
trancke vnd den
getruncken des a
bentz so du schla
ffen wilt geen
vnd las dich wol
zu decken das
benympt alle feuch
tung yn dem men
schen darvon sich
erhebet dy pesti
lencz vnd ist der
sicher eyn gantz
monat platearius
Item dyser tranck
dynet auch wol
den wassersuchti
gen vnd auch der
gelsucht vnd wer
den also geruppt
der darff sich der
kranckeit dann
besorgen platearius
Item das ist der beste
Mumia der do
swartz ist vnd
klar vnd hat eyn
starcken geranch

Contra infirmitates capitis primo que veniunt ex calore

Item dyaston / succus acetose i. sawrampffer trita cum oleo
oliue et cum eo caput made
factum aufert dolorem capitis
ex calore [illegible]

Item dyaste aloe trita cum
vino forti et ad frontem linitum
valet contra dolorem capitis

Item kum swam gencht yn ro
sen oel vnd darnach yn essig
vnd auff dy stirn gelegt
valet contra dolorem capitis ex calore
solis proueniente

Item ysiat succus brunelle i.
brunnellen mixtus cum aqua
rosacea et positus super caput valet
iterum contra dolorem eius vel id succus
tritus cum oleo rosarum et aceto
ad idem valet

Item galbanum est gummi quedam
pone super ardentes carbones
ut fumus ad nares intrare pos
sit valet odor eius contra capitis dolorem

Item Reniufar i. seeblumen
valet contra dolorem capitis tali modo
[illegible] Renufares in septembri
et tunc durant in estate per duos an
nos et [illegible] i. [illegible]
Accipe eius flores et fac bullire
in aqua et tunc extrahe per pa
nnum et misce zuckarum cum
volueris et bibe de eo valet Item
Sarraceni ponunt eius flores
ad aquam pro bibere noctibus et dema
ne bibunt de illa aqua et lauant
facies et nares cum ea et mittant
[illegible] in aqua et qui hoc
faciunt isto die non senciunt do
lorem capitis nec aliquam aliam in
firmitatem

Item oleum i. kriel succus eius simplex
mixtus cum oleo rosarum et caput
madefactum in isto aufert dolorem
ex calore solis proueniente

Item portulaca i. burgel succus
eius ad frontem linitus valet contra dolorem
capitis ex febribus proueniente

Item cauda porcina i. harstrang
succus radicis eius mixtus cum oleo
rosarum valet ad idem

Item Sucus de rosis bolitus cum vi
no et capiti impositus valet

Item succus solatri i. nachtschetten
mit bleiweis vnd silberglit vnd
dorzu rosen gemischt an das haubt
gestrichen valet

Von kelde haupt we

Item abrotanum i. stabwurcz in garthen
gesoten mit bawm öl vnd das
haubt do mit bestrichen valet

Item Nym Bybergeil squinanti
seme vnd agaricum ytlichs ein
halb lot vnd streude das yn gu
ten wein vnd trincke des das
obentz vnd morgens noch rate
eines artz wenig ad vil oder
von dysen stucken mach pillelen
gemischt mit rautensafft vnd fen
chel safft vnd nucze sy dy selt
gut vor groß fullung des haupts

Item Nym saffran vnd gummi ara
bicum enforbium mirra gleich vnd
als vil das andern vnd temperiere
das mit eyrweis vnd lege das
ain auff das haubt valet

Item maiorana i. maioran ge
sotten yn laugen vnd das haubt
do mit gewaschen valet et prodest me
lancholicis

Item Mumia, ein genomen
als groß als eyn gersten korn
bricht valet

Ad purgandum caput

Item succus austi aggreste i. magst
homeg bibitus valet

Item succus auricule muris i.
mawsore naribus immissus facit
sternutare et purgat caput

Item semen basilice i. basilien
puluerizatum et naribus immissum
facit simile

Item maiorana puluerizata et
naribus immissa valet ad idem

Item storax est gummi fictus eius fumus
cum naribus immissus valet

Contra vertiginem capitis

Vertigo aut fit ex humore
flegmatico existente in cerebro
[illegible] vel ex humore
colerico et sanguineo qui ibi est nec
dissolui potest et ideo voluitur in varia
sta cerebri videtur fit vertigo aut
ex grossa ventositate que venit
[illegible] nec ipsa dissolui potest
et cerebro [illegible] aut ex opressione
[illegible] alterius [illegible]
[illegible] sine cause
[illegible] vertiginis aut fit signum
[illegible] continuat rotari
[illegible] maxime
si quispiam [illegible] apparuerit
[illegible] homo rotat [illegible]
vertigo fit et si signum ex flegmate
fit oris sapor fit salsus et [illegible]
si aut ex colera amarum signum
aut quando sanguinis fit visus tene
brosus auditus grauitas aurium
tinnitus et [illegible] doctor
[illegible] Contra vertiginem
[illegible]

Item anisi i. enys do von ein tranck
gemacht vnd den lassen gesoten yn
die naslachen valet

Item Nym ambram i. walrore
et quintum lignum aloes i lot et
ossis de corde cerui [illegible] das ist
[illegible] lot vnd dy alle mische vnd re
[illegible] mit rosenwasser vnd
dor auß gemacht pillilen valet
[illegible] i. [illegible]
et dyaste Nota est ambra est
[illegible] weis [illegible] vnd
[illegible] weis ist gut der
[illegible] der [illegible] ist wirt
[illegible] contra
[illegible]

Item borago i. borrich succus boraginis
mixtus cum zuckaro et bibitus [illegible]
plateas

Item balsamita i. balsamkraut
folia eius in panniculo capiti imposita
et per noctem capiti supposita et sic per
noctem dormiat [illegible]
et dyaste

Item Recipe succum boraginis lib. j
vini decoctionis citri quartum j
ossis de corde cerui ʒ j misce cum
zuccaro albo et fiat inde potus
quo vtatur mane et sero quantum
placet

Item Coriandrum i. coriander tritum
valet contra vertiginem causatam a vapore
calido et flegmatico [illegible]

Item Cardamomum sic est dictum
est in wegen puluerizatum et i
brodio bibitum aut [illegible] valet
et si de cardamomo i potu [illegible]
biberit

Item Epitimum i. die fasen auff dem
clee do von macht ein [illegible]
[illegible] iij lot epitimum
vnd seude die yn wasser vnd
[illegible] das durch ein tuch vnd
mische da mit [illegible] vnd
[illegible] vnd [illegible]
[illegible]
[illegible] valet [illegible] melancolici
et contra aliam [illegible]

Item aqua [illegible]
meste bibita
[illegible]
[illegible]
dolorem capitis et
omnem vertiginem

Contra frenesim

Frenesis est perturbacio vel exagita
cione et demencia ex colera in cerebro
ut ysaac in viatico sic dicit absolute
frenesis est calidum apostema in pelli
culis cerebri quam sequitur vigilie
et alienacio. Et secundum ysidorum frene
sis est appellata ab impedimento
mentis. Greci enim mentem frenas
vocant. Sive quod dentibus infrendat
nam frendere est dentes quatere. Signa
frenesis secundum rasi in almansore ne pte
sunt quod cum incipit sinochus
et in eo capite sunt gravedo forte
et in facie et in oculis intensa rubedo
dolor capitis et horror. Cum ista affue
rint signa frenesis certissima indicantur
et si lingwa nigra vel citrina fiat et
alienatus sensus amittat multumque
vigilat iam frenesis confirmata est. Heinricus
ymmel ei por doctor in a. l. Et dy
volgar dy tobent sucht vom dem
haupt. Contra hanc utere hiis medicinis
Item recipe paulus in capitulo acend spricht
essigk gemenget mit salcz ist gut
freneticis dy hende do mit gebedig
geschmiret und undy dy solen an de
fussen etc. spricht
Item euforbium est gummi quoddam gummi
et mit oleo de spica und dy stirn
domit bestrichen und obe auff dem
haupt benympt dy geswere auff
dem haupt genant frenesis litargia
und macht gut syn und benympt
auch also bestrichen an den hals
squinancia etc. Johannes mesue
Item cauda porcina i. harstrangk
wurczen safft von wurczeln gemischt
mit essigk und rosenwasser und de
pflaster und das haubt do mit bestri
chen ist gut freneticis und andern
geswere ym haupt
Item virga pastoris vel cardo fullonis
i. karten do dy weber brauchen
zu dem wullen tuch dyses kraut
gestossen und gelecht auff das haupt
benympt frenesim

Contra litargiam

Litargia secundum ysidorum est oppressio cere
bri cum oblivione et sompno iugi ve
luti stertentis. Unde et a sompno voci
tata est. Hali sermone octavo sic diffi
nit litargia est memorie corrupcio
proveniens aut ex mala complexione
frigida et humida aut ex materia fleo
matica que cerebro vel eius puppi dominatur.
Signa litargie sunt profundus sompnus
cum febre continua oblivitas sompno forti
et albedo lingwe et difficultas ape
riendi palpebras que cum ad apperi
unt velociter cadunt. Heinricus ymmel
doctor in a. l. Et volgari dicitur dy kun
geswer hinden ym haupt. Contra
hanc infirmitatem utere hiis remediis
Item agnus castus vel salix marina vel
arbor abrahe i. schaffmule von
dysem kraut nym den samen und
eppich samen und dy selben bletter
und siede das mit wasser das
gesalczen sey und strauch sich hinden
an dem haupt do mit es benympt
ym das geswere zu hant. Serapio
Item nym illud quallum blumen
von galgan und thu dorunder
guten lautern wein und lass also
peyssen iiij wochen darnoch seyge
den wein abe und distillir den x
mala dyser wein also distillirt
ist pesser den golt wer dysen wein
trinckt mit vj pfefferkornern und
wenig lavendelwasser der darff
sich den selben monat nicht besor
gen vor dem slagk und ist gut
also genuczt litargicis
Item nasturcium i. kresse der same
gepulvert und eingenomen zu
der nasen etc.
Item serpillum i. quendel gesoten
in essig und dorunder gemischt
rosenole und das haupt do mit
bestrichen etc.

Item synapis i. senffsame ge
stossen und gemischt mit feygen
und kummel und das haupt
do mit bestrichen etc.

Contra maniam

Mania secundum ysidorum ab insania vel
furore vocata est. Et secundum hali ideo
accidit cerebro ex apostemate quod fit
in dyafragmate propter continuatio
nem quam ad ipsum a cerebro descendit.
Har vindest ein por dort in a. l. Ein volgari
dy tobentsucht ym haupt. Contra
hanc utere hiis remediis
Item buxus i. buchsbaum seine
bleter gedorret und wol gepulvert
und das eingenomen mit lavendelwasser
benympt mania das
ist dy unsynnigkeit etc. dyascorides
Item smaragde wol klein gelaget
yn wein und den dorynne lassen
steen zwen oder drey stunde und dor
nach abgeseyhen und ein wenig
gesoten und das abends und mor
gens getruncken benympt mania
und alle hauptwee und reynigt
dy glider von poser feuchtigkeit

Wider den erbgrindt auff dem haupt

Item nym bucsoel j lot und mache
es heyss und mische dorunder
litargirum i. silberschawm oder sil
bergleit und cerusa i. bleiweiss ij
lichte ij quintin und iij dorgen essig
ij lot und las auch dy selben also
lang das es dick were als honig
und wan es kalt wirt so mische
dor unter quecksilber i. argentum
vivum j quintin und lege dyse salben
auff das haupt etc. secundum magistrum paulum
Item mandragora i. alraun man und
weip wan mandragora ist
zweyerley dy bletter von alraun
man gestossen und lege sy gestossen
